

INTERPRETATIO MO. 399  
nachouituli Monstri Fri-  
bergæ editi :

Per

Martinum Lutherum.



Xx iij

PRO.

INTERPRET. MONACHOVITVLI



ROpheticam interpretationem huius Monachouituli reſtinquam ſpirituſi, non enim ſum Propheta. Illud tamen in genere de plerique miraculis talibus adfirmari poſteſt, Deum per ea ſuſneſtos caſus, motus et quaſſationes futuras quodammodo prænunciare, quales Germaniam certò ſibi polliceri & expectare iubeo, Sed qui nominatim euentus propendantur, quamque durabiles, ac tempus liberationis præſinire, Prophetarum eſt.

Ego ſane optarim, quod ſperare profecto non leuè de cauſa uideor, extremi iudicij diem nos non longo interuallo ceu præcurſores conſequi. Etenim continuis fere ſeculis mirifica uelut oſtentorum ſeries exiſtit, ac nunc totius orbis uelut æſtu quodam fluctuans ingentes motus parturit, qui ſine magnis conuerſionibus inſignique regnorum diſtractione non abire ſolent. Adde quòd Euangelij lux ſplendere tanto ruruſus inclaruit, quæ perpetuo commutationes tempeſtatesque turbulentaſ, ob impiorum contumaciaſ & furores attulit.

Equidem certiffima tantum perſequar, & oſtendam, quare Deus in Monachouitulo huiuſmodi ſignum propoſuerit, religioſeque ueſtitam peruerſam atque turpem aſperſerit maculam, cum non minus commode uentura mala prodigio aliquo ſine habitu monaſtico potuerit innuere. Itaque nuper Landsbergæ Canonico uitulum condidit, uultque ſacriſ & ſpiritualibus hoc anno miraculis duntaxat uti, quo certe declarat, ſe religioſorum ordinem ceu defixis oculis intueri, deque coercentiſ illiſ cogitare.

Quid, quod olim cum præſtantiffimum Monarcham Alexandrũ Maçedonem Dan. 8. in forma hirci caprarum depingeret, præter interpretationem propheticam futuræ uaſtationiſ, naturam ſimul indolemque Græcæ Nationiſ adumbrauit, uidelicet, ſalacitatem petulantiamque ſimilem hœdiſ, quod nihil tam arduum, ſublime, præruptum animo conciperent, quo ſe non ingentiſ acrimonia, rationiſ excellentia, conſilij prudentia euadere, penetrare, aſcendere poſſe conſiderent.

Ita hic quoque præter explicationem propheticæ uitaſ, doctrinaſ, cultuumque imago proponitur, ac interim fortalliſ de cauſa impendentium calamitatum erudimur, uidelicet, Monachorum ſuperſtitione, impoſturis, flagitijs cumulari pœnaſ, quòd per phariſaicam carnalemque operum doctrinam, fidem in Chriſtum aboleant, & cor humanum, quod Spirituſ ſancti debuit eſſe templum, in uitulinaſ carnem transforment. Cæterum aliud eruat intellectuſ propheticuſ, Ego meum Monachouitulum in gratiam Ordiniſ mei interpretandum ſuſcepi, Canonico uitulo ſuus erit *de ſcriptis*

Hanc autem enarrationem eo libentiuſ aggredior, quòd futurum uideo, ut illorum pertinaces animi, ipſiſque Caucaſi rupibuſ aſperiores, qui explicatione noſtra perſtringentur, tanto magiſ exulcerentur, & acerbiores ſiant. Quandoquidem arroganter deſpiciunt, hæreticorumque ſaluia conſperſum dictitant, quidquid à me profertur. Quamobrem nec iam adhibere fidem præmonitionibuſ meiſ debent, ſed magi� ma-



giscq; obdurari, offendere, perturbari, ne ad agnitionem ueritatis perueniant, aut ab impia uita deficient, Sicut Esa. 6. dicitur: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte uideat oculis suis, & auribus suis audiat, corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum.

Sicut igitur Balaam, cum uerbo Dei, non obtemperaret, tandemq; a sine loquente redargueretur, nihil tamen emendabatur, Ita quoq; nostri Patres, postquam hæctenus ad charissimam uocem ueritatis euangelicæ aures uiperarum more obstruxerunt, iam in uitulo & uacca tantquam in speculo seipsos debent contemplari, qui sint coram Deo, & quam in cælo existimationem, qualia suffragia obtineant, Nihilominus uero claudere debent oculos, ne quid horum uideant, unde resipiscentes, horribile iudicium Dei effugiant, Nam obstinatum Pharaonem nec uerba nec signa mouebant.

**P**incipio, ut summam uniuersæ complectar, Noli iocum ludum ne putare, quod uitulo Deus religiosam uestem, nempe sacrosanctum cucullum induit, qua imagine proculdubio cœtum aliquem demonstrauit, unde quam primum innotescere manifestariq; oportet, Monachatum nihil esse quam fucatam inanis speciem pietatis, & externam hypocrisim sanctæ atq; diuinitus approbatæ uitæ, Nos enim infelicissimi homines constanter hæctenus opinati fuimus habitare sub cucullo Spiritum sanctum, uestemq; illam nihil præter spiritum operire.

Monachatus fucata & Inanis species pietatis.

At hic reuelat Deus, quod solummodo uitulum tegat, Quali dicat: Latet anis in herba. Nam quid uitulus significet, perspicue docet aureus uitulus Aaronis in deserto, Cui populus Israël diuinos honores tribuebat, Exod. 33. Psal. 106. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem uituli, comedentes fœnum, Et uituli Ieroboam in Bethel & Dan. 1. Reg. 12. In quos Prophetæ tantis clamoribus inue-

Aureus uitulus Aaronis.

Eodem modo aspice hunc Monachouitulum, ut cucullus typum gerat totius ordinis Religiosorum cum uniuersis cultibus, quos maximi faciunt, ut *παιδολογίου* precum, nondinatio Missarum, cantilenæ & ieiunia &c. Sed cui præstat, quem honore affecit, à quo pendet, cui adhæret iste cultus? Vitulo, Nam cucullus uestit & ornat uitulum, quemadmodum uides, Quid porro est Vitulus? est commenticiu idolum insidens fallacissimis mentibus eorum. Quomodo fiunt hæc? Ita fiunt, Habent impressam animo opinionem seu persuasionem, quod uni uero Deo seruiant in religione solitaria, quam in cæremoniis externorum operum, propter quæ cœlum sibi deberi existimant, non in fiducia amplectente Christi beneficium ponunt.

Vitulus

Iam nullus est Deus uel in cælo uel in terra, qui sic coli se uelit, præter Diabolum & idola. Nam uero Deo nemo seruire potest nisi spiritu & ueritate, Iohan. 4. hoc est, in fide, animiq; ueris & spiritualibus motibus, quos creat, exuscitat, uiuificat in nobis spiritus sanctus, Esa. 55. Itaq; hi falso religiosi cultus suos, quibus nomen Dei prætexunt, discedentes interim à mandato & patefactione diuina reipsa nemini præstare nusquam referre ac dirigere Possunt, quàm ut blandiantur à se confictæ imaginationi, quæ somniat hæc officia placere Deo. Hæc imaginatio est mendaciu & commentitium idolum in cordibus eorum, prorsus ut Eihnici aut Iudæi sinegebant sibi numina. Ecce hic est uitulus, hæc impietas, opinioq; carnalis, operta religioso habitu, hoc idolum, cui adhærent, quod amplectuntur, exornant cæremoniis arum gestuumq; decoro, atq; notabili indumentorum forma.

**P**orro, uitulus solo gramine uescitur, Tales enim hypocritæ nullis futuris & æternis bonis fruuntur, sed præsentis uitæ delicijs pinguescunt, sicut

Hypocritæ præsentis uitæ delicijs sicut dediti sunt.

# EXEMPLVM THEOLOGIAE

Hypocritæ  
præsentis ui-  
tæ delictis  
dediti sunt.

sicut apparet florentissimam potentiam, preciosissimas opes, maximas uoluptates, amplissimos honores penes Ecclesiasticos, ut uocantur, esse. Ita suas habent lactu-  
cas labra uitulina. Et sic contingit illis, ut mutant gloriam suam in similitudinem ui-  
tuli comedentis scœnum. Christus enim uere est gloria nostra, in quo triumphari  
gloriarî, lætariq; deberemus. Hi e contra loco eius aliam parant gloriam in cordibus  
uidelicet, qua iactant fiduciam suorum operum & meritum, Talis uitulus in Chris-  
ti locum succellit, & nomen eius usurpando dedecorat.

Vestis uituli  
laceræ signi-  
ficatio.

**S**ecundo Monastica uestis circa coxas in pedibus, & uentre dilorica-  
ta significat in hac solitaria religione nugatorijsq; cæremonijs, nihil concors, co-  
hærens, integrum existere, cum tamen in primis & ante omnia postulet Scriptura,  
ut Christiani sint *ἁμοφοροῦντες*, ut Psal. 133. Ecce quàm bonum & quàm iucundum  
habitare Fratres in unum, Verum hi superstitiosi irreligijsq; spiritus tot inueni-  
runt opinionum sectarumq; discrimina, quot distinctos colore uestitus. Inde Fran-  
ciscani suam iactant regulam, Prædicatorum ordo suam effert, Augustiniani ad  
dextram, Carthusiani ad sinistram deflectunt, deniq; suum cuiq; pulchrum. Ita uis-  
des, circa coxas & in pedibus Vituli lacerum cucullum, etiam si omnes unanimes  
consentientesq; sint, quod ad Vituli cultum & ornatum attinet, id est, etiam si om-  
nes dubitationem seu diffidentiam de misericordia Dei, contra uero fiduciam ope-  
rum & securitatem carnalem suis obseruationibus confirmant alantq;.

Coxæ.  
Pedes.

Hæc magis erunt illustria, si coxæ intelligantur finis & extremum, pedes uero  
baiuli, à quibus hic Vitulus, hoc est, falsa talis opinio sulcitur ac sustentatur. Nunq;  
enim tot sectæ, familiæ, discrimina, nomina Religiosorum prodire quàm nostra  
memoria cœperunt, cum finis instat, deprehensaq; uanitate labes illa intercidit ac  
elanguescit.

Pedes igitur significant audaculos Fratres & Sophistas Magistros nostros exis-  
mios, item eruditiores coenobiorum incolas, qui dignitatem autoritatemq; huius  
solitariae religionis concionando, scribendo, legendo, disputando, docendo, quo ad  
possunt in suorum animis ac ubiq; gentium conferunt, amplificunt, stabilunt. Oz-  
mnes, tamen inter se discrepantes, ac labyrinthos opinionum necientes. Quot cas-  
pita, tot sententiæ.

Vitulus re-  
præsentat ge-  
stum concio-  
nantis.

**T**ertio, repræsentat Vitulus unde quaq; gestum concionantis, Po-  
stremis enim pedibus innititur, quasi stans erectus, ex prioribus autem dex-  
tram proficit unquam uelut Concionator retrahens sinistram, caput sursum fert,  
linguam exerit, ac omnia referunt e suggesto uociferantem ad populum.

Papafellus,  
Monacho  
uitulus.

Ideo sicut Papafellus fuit imago regni Pontificij, Ita proprie Monachi uitulus  
exprimit Apostolos Discipulosq; Papæ, ut totus uideat orbis, quos audierit hæc-  
nus Prædicatorum & Doctores, hodieq; audeat. Quis enim magis appositus foret,  
ad asininum cerebrum Apostolorum uituli capite? Dignum patella operculum. Car-  
nale regimen, carnalem doctrinam circumfert, Itaq; uitulus adhuc oculis caret, ut  
adumbret illos, de quibus inquit Christus Matth. 23. Væ uobis Scribæ & Pharisei,  
duces cæci. Et Esa. 56. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt uniuersi, Ipsi Pa-  
pafellus ignorauerunt intelligentiam.

Auris.

**L**onge plura in hoc Monstro ad Monachos Sophistasq; concinne accommoda-  
ri possunt, uerbi causa, ut auris inserta cucullo, significet intolerandam confessio-  
num tyrannidem, qua conscientias acerbissime cruciatas Diaboli faucibus obijci-  
unt:

Lingua.

Lingua exerta, significat doctrinam eorum nihil esse quàm linguam, id est, uo-  
lubilitatem uerborum futilemque loquacitatem.

Cicercula, 2.

Duæ Cicercula in caluitie capitis prominentes debebant in cornua surgere,  
Cornua uero significant prædicationem Euangelij, quod cruci nos subijciens con-  
fringit ueterem hominem, Mich. 4. Cornu tuum ponam ferreum, & comminues  
populos multos.

Hic



Hic autem vitulus non habet cornua. Sed obscura quædam uestigia, & speciem qualemcunq; , Quamuis enim titulo Doctorum Euangelij se uenditent, tamen id constringunt, & ad humanas traditiones infulse detorquent, Prominent igitur e glabro uertice duæ cicerculæ, Nam quidquid illi arridet, huic nomen Euangelij præterdit, nec sinit Euangelium extra hanc glabriciem progredi, Sed oportet ipsum quadrare & congruere ad tonsi uerticis huius factimoniam, præsertim quod ad Caput illorum Pontificem spectat.

Quod cucullus adeo tenaciter circumdat collum, monstrat pertinaciam incredibilem superstitionis atq; erroris illorum de cultibus Monasticis, quibus usq; eo seruidibus immersi infixiq; sunt, ut nulla ui, nullo splendore Christianæ ueritatis inde reuocari ad aspiciendam lucem possint.

Et quod cucullus in tergo coniungitur, sed in ventre diffusus apparet, significat, quod habitu externo pietatem simulent, quam umbram cum alijs fugacibus uirtutibus deponunt. Verum coram Deo & ad futuram collati uitam, reuera sunt nudi uentres, & ignaua terræ pondera, fruges consumere nata, aut si quæ præterea foediore uenter admittit coram Deo, quæ reticere malin.

Quod autem pars oris inferior humana, superior cum naribus uitulina uideatur, significat doctrinam eorum utcunq; ciuilia diuinæ legis opera inculcare. Sed uident omnia uitulum, id est, immodice exaggerantur laudes honestæ disciplinæ, iustitiæ, & uirtutum Philosophicarum.

Nam duo labia oris duogenera doctrinarum significant, inferius legis enarrationem, superius Euangelij & promissionum diuinarum prædicationem. Sed loco Euangelij & promissionis de reconciliatione os uituli prædicant, hoc est, aureolas & magnas compensationes in cælo pro humanis operibus magno conatu sed sine fide prædicant.

Postremo, Vitulus hic undiq; leuis nec hirsutus est, ut solent uituli, id significat splendidam speciosamq; hypocrisin, qua placuerunt & imposuerunt uirtutibus, ut sancti spiritualesq; Patres haberentur immanes animarum parricidæ, Diaboliciq; satellites.

Hæc omnia iam luce manifesta patefacta sunt, uitulus hic emerfit ex alui materia latebris, non poterunt deinceps ab oculis & animaduersionibus hominum se in occultum & abditum recipere, nulla ualebit obstructio, quin detracta larua producti in publicum sibilis omnium conscindantur.

**H**anc interpretationem cuiuslibet relinquo iudicandam, Nam etiam si expositio non satis appositae uel concinna uideretur, Tamen per se se firma & in Scripturæ testimonijs præclare fundata est, quod Monachatus talis reuera sit, qualem descripsimus. Cum igitur uitulus apte cõgruat & consentiat cū diuinis oraculis, circumspiciatur a uisusq; & diligenter consideret, quid contemnat, quando meam interpretationem contemnit. Satis superq; in hoc monstro admonetur, Deum infensum esse cultibus monasticis, si enim amaret, certe honestiori imagini cucullum induisset. Et consentaneum est tali miraculo non unum aliquem, sed consociationem, cœtum, administrationemq; plurimum personarum significari, iuxta naturam omnium prodigiorum uisionumq; in Scriptura Daniel. 8.

Cauete uobis, Monachi & Nonnæ, uestra profecto serio res agitur, nec præmonitionem diuinam inanes ludos & præstigias putatores, **Aug**

Cucullus in tergo coniungitur.

Duo labia quid significent &c.



## INTERPRETA. MONACHOVITVLI.

Aut alijs sacrficationibus, quam illis quas uos habetis, Deum placetis aut Cœnobîa cucullosq; deferatis, & eo redeatis, ad quod nati à Deoq; uocati estis anteq; elapso tempore diuinitus oblata pereat occasio, Postea enim, cum uoletis non poteritis, nunc cum potestis non uultis.

In primis autem nobiles Familias obtestor, ut cognatos liberosq; suos aut eos, quorum salus ipsis cara est, ex tam horribili periculo suoq; genere uitæ, tanq; ex ergasculo quopiam, eripere uelint. Cogitate illos nondum euolasse ex corporis humani uinculis, tamq; communioni hominum inter se & legi naturæ deuinctos, quam cæteros homines. Non est enim in re atq; natura positum, ut coelibatum tanta multitudo, aut caste continenterq; uiuat, aut coniugio libenter & iucunde careat. Ego meo satisfactum officio, uosq; præmonitos à me uolui. M. D. XXIII.

## EXEMPLVM THEOLOGICÆ & doctrinæ Papisticæ.

Hanc olim pulchram ueteres dixere figuram.

MARTINVS LVTHERVS  
PIO LECTORI.



Non est ulli uere Christiano dubium, quod omnia pertineant ad gloriam Christi illustrandam, quæcunq; dicuntur aut scribuntur ad ignominiam & destructionem abominationis istius & tyrannidis Papisticæ. Cum enim ipsa deuastarit & conculcarit regnum Dei & Christi, nihil utilius, nihil sanctius, nihil quod Deo magis placeat, fecerimus, quam si uastatricem illam salutis nostræ & profanatricem gloriæ Dei, rursus uastauerimus & conculcauerimus, quantum possumus, iuxta illud Apoc. xviii. Reddite illi, sicut ipsa reddidit uobis, & duplicate illi duplicia secundum opera eius, In poculo, quo miscuit uobis, miscete illi duplum. Quantum glorificauit se & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.

Loquitur enim de tyrannide abominationis Papalis. Et longe aliter loquitur, quam ij, qui contendunt, non esse perpetuo in Papatum inuehendum. Dicit enim: Duplicate illi, reddite illi, reddite ei duplum &c. Volens, scilicet hac exhortatione sedulos nos facere & assiduos, in torquenda & uastanda abominatione ista.

Cum autem & ego sim unus de Antipapis, reuelatione diuina ad hoc uocatus, ut dissipem, perdam & destruam Regnum illud maledictionis, cupide & libenter eo fungor officio, sicut hæctenus feci. Ideo statui hunc Sermonem, seu portentum potius, in publicum edere, & in faciem sistere impudentibus illis frontibus & inuerecundis faciebus Papistarum. Qui cum totam Ecclesiam eiusmodi portentis repleuerint, sintq; eius abominationis palam conuicti. Tamen adeo sunt duræ ceruicis & impœnitentis cordis, ut ea non modo nolint agnoscere, consi-